tionalitatum Simul et relatiuoꝝ naturas et definitiones in predicamenti ad aliquod coordinatione docet et in ceteris predicamentis consimili Ratione quecūq ad ea Reducuntur ordinatim pertingit. In 2° autem libro de Secundis intentionib⁹ agens postq̄ diuersas confutauit falsas de eis opiniones asserit Secundas intentiones esse conceptus incomplexos coordinabiles adinuicem predicamentaliter quoꝝ predicamentum est distinctum ab alijs decem traditis ab aristotele cuius generalissimum genus est Signum orationale. Deinde Secundaꝝ intentionum ad scribens coordinationem in ea definitiones ponit omniū Signoꝝ locaļium et terminoꝝ in logica diffinibilium. In 3° autem libro ostendit contra nonnulloꝝ opinionem genera generalissima rerum totius vniuersi tantuꝫ esse duo Substantiam .s. ac quantitatem emedio tollens relationes Superadditas reb⁹ et naturas cōmunes et quantitates distincta accidentia a Substantijs et qualitate et omnia demiꝝ que negꝫ Sunt Substantia negꝫ qualitas Ad calcem horum librorum est questio de naturā transcendentium cuius titulus est argumentum / Docetur enim preter titulum dum taxat ea esse equiuoca „ et non repugnabilia in predicamento

1454.

Guilielmus de Rubione Ad annum trigesimuꝫ tertium Supra milleſimum ac tricenteſimum minoritaꝝ ordinis Sectator ac eiusdem minister in aragonum prouintia et collega coenobij villę francę copiosa edidit duobus tomis ad posteros nuperrime limatij delata volumina In 4. libros Sententiarum In quibus nullius addictus Jurare in verba magistri (quod hac tempestate inter Scotistas quos vocant et precipue inter eiusdem professionis fraterculos varios reperias) modo Scoti quem in pluribus imitatur modo aliuꝝ et Sepiſſime proprie innitens ex Sacris literis de Sumpte opinione difficultates omnes a theosophis in eis libris ventilari Solitas anguſtiori pagina proſsequitur quod vt periculo constet candidus lector In primo libro ab eo doceri norit diuine essentie incomprehensibilitatem eiusq̄ Superne. scientię in offuscabilitatem et insuperabilez infinitamq̄